

in anno, in fin. infra de privileg. & hoc planum.

62. Secundo modo potest considerari non usus legis, quando accidit quidem casus, ut lex poterit observari, sed tamen non usus non habet implicitum actum contrarium dispositioni legis, nec in substantia, nec in forma, sed impliciter homines non sunt usi lege pro illo casu, nec tamen fecerunt contrarium: & hoc casu lex per non usum non abrogatur, exemplum: Pone quod domus minatur ruinam, nec data est cautio damni infecti, quia non est petita, & saepe damna illata fuerunt in agro, nec tamen fuit actum lege *aguiha*: non per hoc tolluntur illae leges, similiter si longissimo tempore edificatum est iusque ad certam altitudinem, & non alius: ista est simplex abtinentia, quae non tollit ius edificandi usque ad Coelum. Ita Ioann.

63. Andr. *lec. cit.* & Felin. *hic num. 10.* Item pone, quod in aliqua Ecclesia fuit facta electio per viam seruitii per tantum tempus, cuius non sit memoria in contrarium; utique ex hoc non censetur prescriptum contra eligentes, quominus si velint, eligere possint per viam compromissi.

64. Et idem si temper elegerint de gremio certae Ecclesiae non enim ex hoc prescriptum esset, quominus possent eligere ex gremio alterius Ecclesiae. Quae duo exempla ponit Calder. *conf. 19.*

65. incipien. *in operaria numero 1. de preben. & eodem modo si per mille annos fuisset appellatum ad Papam, non propterea intelligeretur sublata potestas appellandi ad Patriarcham, ut dixit Cardin. in suis notatis casuum, nota 146. incipien. Ad excludendam, quem hic sequitur Felin. *num. 10. in 4. declarat. vers. Similiter dicit: & hanc theoreticam posuit Bart. in proam. Digestorum, §. Et antea, dicens: (de consuetudine, quae deviat a lege, seu diveritat vero intellectu, tollitur lex, sed ex eo, quod nullus utatur lege, abbita saeculo, ut lex illa dicatur tolli. Idem docuit Martinus Episcopus Pampilon. relatus hic a Bellam. n. 9. vers. Dominus Martinus: nam secundum eum solus non usus non potest tollere Constitutionem Canonice: sed non usus habens implicitum usum contrarium cum tempore a lege praefinito, utique eam tollit. Idem firmat Cardin. in proam. Clemens in ver. Universitati, in 2. questione, Alex. dict. *conf. 132. num. 4. lib. 1. & conf. 137. nu. 10. lib. 2. Rolan. conf. 5. Pulzra, num. 72. lib. 1. Iason alia exempla adducens in dict. 1. De quibus, n. 33. & 34. ff. De legib. ubi testatur hanc esse veritatem, & ita communiter teneri, & est de hoc bona glossa in §. Igitur, in ver. Obtinebat, juncta glossa marginali ibi posita in proam. Institut. quod pluribus exemplis egregie confirmat. Ioan. Andr. in dict. c. Ioannes, num. 14. vers. Contrariam consuetudinem, de cler. coniugat.***

66. Tertio modo potest considerari non usus legis prout habet implicitum contrarium usum. Negativa enim quandoque habent affirmativum contrarium actum, & non facere est aliquid facere. cap. Nemo de Simon. & satis est ut cadat in intellectum, secundum Ioan. Andr. in dict. cap. Ioannes, num. 14. vers. Sic, ad contrarium, de cler. coniugat. & in hoc tertio casu quando lex nova ab initio non fuit recepta, multi tenent eam tolli per duos, vel tres actus contrarios, sciente, & patiente Principe; nec ullum tempus requiri

ad inducendam praescriptionem: ipso autem ignorante sufficere longi temporis praescriptionem, id est decem annorum, ut vidit supra in 4. & 8. opinione. 28. & 38. Sed istae opiniones iudicio meo sunt falsae, quia innituntur tantum illi fundamento, quod hic non agatur de praescribendo contra legem, sed de impediendo vinculo legis, ut per Felin. *hic numero 13. vers. Considera secundo, & ita hoc fundamentum supponit vinculum legis non esse ortum ante legis acceptationem. Quod quidem esse evidenter falsum, satis superque ostendimus supra in primo articulo a num. 48. Quare cum non agatur de vinculo legis impediendo, sed potius de vinculo legis tollendo, & sic de ipsius legis abrogatione; dicendum est ad hoc requiri tempus quadraginta annorum, cum praescriptio sit contra ius, ex his, quae notantur in cap. ult. infr. de consuetud. & in terminis nostris tenet Imol. *hic numero 13. vers. Et quod dixi, & Abb. numero 4. Et quod dicunt de decennio Calder. & Butr. non procedit in legibus Ecclesiasticis, de quibus loquitur, sed in legibus civilibus tantum, prout loquitur glossa in l. De quibus, in ver. inveterata, ff. De legib. & est magis communis opinio, ut testatur Alex. dict. *conf. 132. numero 1. vers. Et subdant isti, lib. 1.***

ad inducendam praescriptionem: ipso autem ignorante sufficere longi temporis praescriptionem, id est decem annorum, ut vidit supra in 4. & 8. opinione. 28. & 38.

67. Nec obstat alia glossa, quam ibi allegant pro fundamento, in cap. ult. in ver. Consuetudo, de consuetud. lib. 6. Quia loquitur in consuetudine, quae est praeter ius, & non contra ius, ut bene per Imol. loco citato, Ad §. Leges, de dist. abunde responsum est supra in l. art. num. 56.

68. Item praedictis non adversatur glossa 2. hic, quam totus mundus amplectitur. Quoniam dum dicit Constitutionem hodie non tenere, quia non fuit moribus utentium approbata, intelligi debet de moribus longi temporis. Mos enim non fit nisi temporis longitudine, ut inquit Aristot. lib. 2. Politicor. cap. 6. prope finem, & sic debet intelligi de moribus cum lapsu temporis requisiti ad praescribendum contra legem, quod secundum canones est quadraginta annorum, ut in dict. cap. fin. de Consuetud. & ita contingit in casu huius Constitutionis, quae spatio annorum supra quadraginta, qui intercesserunt a Concilio Lateran. sub Alex. Tertio illius Authore usque ad Gregorianam compilationem, nunquam fuit moribus utentium recepta, quia indistincte fuit bellatum etiam temporibus hic prohibitis, & sic abrogata fuit per non usum longi temporis habentem implicitum usum contrarium, iuxta praerogativam theoreticam Ioann. Andr. in dict. cap. Ioannis, quam ibi sequuntur, omnes praefertim Imol. ut hic testatur Felin. *nu. 13. vers. Intellige.* Conclude igitur legem etiam ab initio non receptam non tolli per desuetudinem minoris temporis, quam annorum quadraginta.

69. Circa tertium, in quo quaeritur an lex recepta ab initio, postea tollatur per desuetudinem, vel contrariam consuetudinem: Hostiensis, ut vidit supra in 2. opinione, 22. tenet, contra legem praecipit desuetudinem, vel consuetudinem non excusare. Sed eum reprehendunt communiter Doctores, & illius rationibus cumulatè responsum est supra num. 29. & 41. nam quod pertinet ad consuetudinem, nulla est lex humana, quae

quae abrogari non possit per contrariam consuetudinem rationabilem, & legitime praescriptam, ut probatur in d. cap. fin. de consuetud. secundum Abbat. hic numero 4. ibi enim contra consuetudinem praeservatur tantum modo ius Naturale, & Divinum; nec privati dicuntur tollere legem Superioris, sed ipse Superior consensum praestando huic consuetudini legem abrogat, cum iura ipsa statuant, ut per consuetudinem tolli possit ius positivum, & sequitur Felin. *hic numero 13. vers. Secundo modo. Quod per plura exempla egregie persequitur Ioann. Andr. in d. cap. Ioannes, numero 14. vers. Contrariam consuetudinem.* Et quod consuetudo etiam in sacramentalibus tollat legem, si Papa scit, & tolerat, est glossa un. in cap. un. de secund. nupt. & ad praedicta plenius vide Bart. & Legistas in l. final. c. Quae sit longa consuetudo, & Canonistas, praefertim Marian Soccin. in d. cap. final. de consuetud.

70. Quod verò etiam desuetudine lex tolli possit, admittunt ferè omnes quatuor concurrentibus. Primum scilicet ut casus acciderit, in quo lex poterit observari. Secundum ut materia non sit voluntaria, seu facultativa. Tertio, ut desuetudo non sit merè negativa, sed implicitum habeat contrarium usum, qui saltem cadat in intellectum. Quarto ut sit rationalis, & legitime praescripta, secundum ea, quae de non usu dicta sunt supra in secundo articulo. Et intelligitur legitime praescripta spatio annorum quadraginta cum scientia, & patientia Papae, sine qua non usus Populi, vel contrarius usus contra Constitutiones Apostolicas nihil potest operari, ut post Ioann. Andr. & Gemin. in cap. Cum de beneficio de preben. lib. 6. declarat Praepos. in dict. §. Leges, num. 3. vers. Nisi dato consensu Papae, 4. dist. Idq. habuerunt pro indubitato Domini de Rota decis. 387. numero 6. part. 3. Recent. ex latè deductis in Romana concordia, §. Petri 13. Novembrii. 1609. 11. Ianuarii & 12. Februarii 1610. coram Cardinali Cavalerio, quae habentur impressae in Recent. decis. 197. numero 3. & 4. decis. 213. num. 2. & decis. 221. numero 4. & seq. part. 1. Quibus concurrentibus legem tolli posse per desuetudinem probatur in proamio digestorum, §. Et antea, ibi, Caeteris eam desuetis, in l. 2. in princ. ibi invisitato recessit vestigio. C. de constitut. pecus. in Auth. de heredit. & falcid. §. 1. ibi, Leges tam neglectas venimus reparare, & in Auth. quibus modis Natura. efficit. sui, §. prope fin. ibi, Quoniam non uendo perempta est, & in prima Constitutione Codicis, §. quibus, ibi, in de suetudinem abierunt, in l. De quibus, ibi, per desuetudinem abrogentur, ff. De legibus, & in l. 1. ibi, & per desuetudinem abolita, C. de caduc. tollen. cum similib. ut per Angel. Aretin. in proam. Institut. §. Igitur & Felin. *hic sub numero 6. vers. Lex nova, & firmat Ioan. Andr. & exemplis comprobatur in praerog. c. Iohannes, num. 4. quem communiter Abb. & alii recipiunt, ut testatur Navar. in conf. 1. numero 2. de consuetud. & sequuntur Anchar. con. 218. iuxta ordinem, numero 1. in fin. Roch. in cap. final. scilicet. 4. numero 76. eod. tit. & Iason latè in d. l. De quibus, numero 33. ff. de legib.*

71. Limita tamen conclusionem proximè firmatam, ut non procedat si aliqui in eod. loco legem servaverint; quia tunc alii contravenientes non

72. Limita tamen conclusionem proximè firmatam, ut non procedat si aliqui in eod. loco legem servaverint; quia tunc alii contravenientes non

Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

excusantur, arg. cap. Cum iam dudum in fin. de preben. & tenet Abb. hic numero 4. vers. Si vero aliqui, & in cap. Cuiusmodi, num. 4. vers. Et ex hoc nota, de Clericis coniugatis, Butr. in cap. Quia circa ad fin. de consanguin. & affinit. & Sylvestr. in ver. Lex, num. 6. Hoc enim casu tolerantia Papae non inducit dispensationem, nec excusat transgressores à peccato, ut per eos, & per Felin. *hic num. 11.* qui hanc limitationem tripliciter sublimitat.

DE TREVGA, & PACE.

Cap. Inno-vamvs.

S Y M M A R I V M.

- 1. Securitas privilegia quae persona gaudent tempore guerra.
2. Rustici tantum privilegia suffragantur quando agros colunt & vadunt, & recedunt, & numer. 100.
3. Mercatores gaudent privilegio quando mercimonia exercent; & Peregrini quando peregrinantur; & milites quando militant.
4. Salvus conductus datus in eundo intelligitur datus etiam in redeundo.
5. Salvus conductus eundi, & redeundi an intelligatur datus pro una vice tantum an vero pro pluribus: distinguitur ut numerus seq. vsque ad numerum 100.
6. Concessio indeterminata intelligitur iuxta formam petitionis.
7. Sermo simplex regulariter verificatur pro prima vice.
8. Fallit in septem casibus.
9. Salvus conductus eundi, & redeundi datus alicui pro pace facienda intelligitur, ut possit ire, & redire donec pendet tractatus pacis.
10. Animalia, quae arant, & semina portant ad agrum, semper gaudent securitate sicut Presbyteri, nec pignori dari possunt.
11. Boves aratorii executioni non sunt obnoxii.
12. Boves aratorii, & instrumentaria rustica in districtu Urbis quibus gaudeant privilegio.

1. INNOVAMVS. Personae hic enumeratae plena securitate gaudent tempore guerra. Hoc erat ius vetus, ut cap. Si quis Romipetas, & cap. Paternarum, 2. q. 3. quod male observabatur, & ideo innovatur hic: sed nihilominus adhuc non bene observatur, ut dicunt Host. & Abbas in princip.

2. Nota primò ibi, in agricultura existentibus. Privilegium rusticis concessum tantum eius suffragari, quando agros colunt, & vadunt, & recedunt. Et idem intelligas de Mercatoribus dum mercimonia sua exercent: & de Peregrinis quando peregrinantur, secundum Host. hic num. 2. Sic Milites quando militanti suo gaudent privilegio, l. final. c. De Milit. testam. l. ult. c. Quibus non obest long. tempor. praescript. Sic Clerici etiam Monachi quando regulariter vivunt, l. Generaliter, c. De Episcopis, & Cleric. quae refertur à Gratiano in cap. Generaliter, 16. q. 1. Sic

Sic Legati quamdiu in legatione sunt, leg. 2. §. Legati, & §. seq. vers. Plana, ff. De iudic. Holt. hic numero 5. & Ioan. Andr. eodem numero. Sic & Lectores, & Scholares quamdiu Scholis publice docuerint, & luduerint, cap. Super Speculat. in fin. de Magistris, Concilium Tridentinum, cap. 1. in fin. vers. Docentes vero, sess. 5. & generaliter privilegium personis concessum respectu certi loci non sequitur eas extra locum, ut est textus in cap. Quoniam, de privileg. & ibi hoc notant Innocent. in fin. Abb. Antiq. in princ. Butr. num. 2. Abb. Sicul. & Mar. Socin. in ult. notab. concordat cap. Ex ore, & c. Cum Capella, cod. tit. & c. Volentes, §. Eus, de privileg. lib. 6.

4. Secundò nota ibi, Eantes, & redeuntes, argumentum secundum Abb. hic num. 1. quod securitas data in eundo, intelligi debet data etiam in redeundo. Hac enim duo communiter in iure pari passu ambulat, ut cap. Magne, ad fin. de voto, & est textus optimus in leg. Securi, §. Tandem, ff. Ex quibus caus. maior. & notat Bart. in l. Vltimur, numero 1. ff. de sepulch. violat. reddens rationem, quia non venit securè ille, qui non potest recedere, leg. Sciendum, §. 1. ff. De Legationibus, leg. De etat. ff. Ad Trebellian. & sequitur Felinus, hic in princ. qui more suo hanc regulam pluribus exornat.

5. Sed hic dubitatur de questione quotidiana. Pone data est alicui securitas, seu salvas conductus eundi, & redeundi, an intelligatur pro una vice tantum, an verò pro pluribus.

Abbas hic num. 2. examinat hanc questionem, & ante eum Bart. in leg. 1. numero 5. ff. ad leg. lul. Mieslat, ubi refert Oldradum disputasse quandam questionem in simili: & ex eorum dictis distinguit tres casus: Primus est quando securitas fuit determinatè petita, & determinatè concessa: & hoc primo casu quæstio procedit de plano, quia standi est determinationi, ut l. Continuum, §. Com ita, ff. De ver. obligat. Secundus est quando securitas fuit determinatè petita, sed indeterminatè concessa, veluti quia bannitus petiit salvas conductum per decem dies, & Superior concessit indeterminatè. Et hoc casu indeterminata concessio intelligitur iuxta determinatam petitionem, ut §. Præterea, Institut. de Inat. libus stipulat. & l. Defensor, §. Qui interrogatus, ff. De interrogator. act. Et est bonus textus in cap. inter dilectos, §. Ceterum, ibi, Ex forma petitionis, infra de fide instrum. Quippe omnis gratia, & concessio Principis facta ad preces intelligitur iuxta petita, leg. 1. & ibi plenè lal. num. 7. vers. Nota ex ista lege regulam, c. De divers. rescripti, Fulgof. conf. 153. in causa, num. 1. Roman. conf. 132. Vt retulit in princip. Paris. conf. 9. Olim Dominus, numero 42 lib. 2. Tertius casus est quando securitas fuit indeterminatè concessa, & sic versamur in dubio. Et hoc tertio casu intelligitur pro prima vice, per regulam leg. Boves, §. Hoc sermone, ff. De ver. signific. ubi, hoc sermone dum nuptia erit, primæ nuptiæ intelliguntur, & ita post Oldrad. concludunt Bart. & Abb. locis supra citatis, Gemin. in cap. 1. §. Ille verò, in 3. notab. de filiis Presbyter. lib. 6.

8. Et Felinus hic, qui hanc regulam pluribus exemplis roborat, & limitat septem modis. Primò, scilicet quando primus actus non valet. Secundò ubi sermo simplex profertur in materia, qua

de consuetudine requirit iterationem. Tertio, ubi datur licentia in materia favorabili. Quarto ubi licentia veniendi, & recedendi data est usque ad certum tempus. Sed hac limitatio cadit sub primo membro distinctionis, de quo supra num. 5. Quintò quando per primum actum non est satisfactum menti disponentis. Sextò ubi profertur sermo negativus. Septimò quando dispositio inducitur etiam per viam privilegii, de quibus limitationibus dic latius, ut per eundem Felin. ubi supra usque in fin. Et ad tertium membrum quæstionis proponitur adde singularem limitationem Bartoli in dict. l. 1. sub num. 5. vers. Prædicta intelligo vera, ff. Ad leg. lul. Maiest. Videlicet nisi concessio facta pro certa causa, ut puta concessa est securitas veniendi, & redeundi pro pace faciendâ; tunc enim debet intelligi ut possit venire, & redire donec pendet tractatus pacis, argum. leg. Continuum, §. Item qui insulam, ff. De vobis, obligat. Facit lex veteres cum l. seg. ff. De itin. act. privata,

10. In glossa ultima nota differentiam inter rusticos, & animalia: nam rustici gaudent securitate ad tempus, id est quandiu in Agricultura existunt, ut supra est conclusum in 1. notab. Sed animalia, quæ arant, & temina portant ad agrum, gaudent hac securitate in perpetuum, secundum gloss. Vnde nec pignori dari possunt, ut l. Pignorum, Cod. Quæ res pignori obligat. poss. Atque ira in hoc parificantur Presbyteris, & Clericis, qui similiter perpetua gaudent securitate, secundum Holt. numero 1. in ver. Presbyter. Vnde dicebat Abb. Antiquus hic relatus à Ioan. Andr. numero 1. in ver. Portus. Privilegiatus est in hoc Alnus sicut Presbyter. Quo fit ut super Bobus Aratoris non possit fieri executio, ut l. Executores, & Authent. seg. c. Quæ res pignori obligat. poss. Qua de re plura Iacobus Cajacius lib. 4. Observat. iur. c. 20. & Menoch. de arbit. iudic. cas. 378. In districtu autem Urbis quibus privilegium Agriculturae causa gaudeant Boves aratoris, & alia instrumenta rustica, vide Constitutionem 19. Pii V. in Bullar. tom. 2. pag. 197.

DE PACTIS.

Cap. Antigonus.

S V M M A R I V M.

1. Abbotis Panormitani, & aliorum error circa presidentiam Pape in Concilio Africano, & num. 65.

2. Sanctitatis vestra titulo in veteribus Conciliis aliquando Episcopi designabantur.

3. Ad pacti observantiam pacifens compelli debet per censuram ecclesiasticam.

4. Pacta contra leges, aut bonos mores, vel alii captiosa non sunt servanda.

5. Pactum non servans peccat mortaliter, & resellitur contraria opinio quorundam Theologorum.

6. Obligatio, quæ ex pacto proficitur, habet consensum iuris naturalis, & divini.

7. Princeps naturaliter obligatur ex nudo pacto etiam iniustio cum propriis subditis.

Iuris

- 8. Iuris naturalis, & divini transgressio periculum salutis inducit.
- 9. Pacti violatio opponitur iniustitia, & iustitiam ibidem.
- 10. Index Ecclesiasticus potest procedere ad observantiam pacti etiam contra laicum.
- 11. Index Ecclesiasticus potest procedere ad observantiam pacti etiam contra laicum, ut pax servetur.
- 12. Idem ubi agitur de materia peccati.
- 13. Cancellaria non dat litteras laico contra laicum ratione peccati, vel pacti, seu contractus bona fidei, nisi de antiqua consuetudine ad curiam spectet cognitio.
- 14. Laicus ad observantiam pacti cogi potest per Ecclesiam saltem indirecè, & per Evangelicam denunciationem, & num. 25.
- 15. Canon Provincialis Concilii allegari potest ad defensionem causam in ea parte, quæ clausa est in corpore iuris, & numero 20. vers. Ad hanc distinctionem.
- 16. Pactum quantumvis nudum secundum Canones parit actionem, usque ad num. 31.
- 17. Verbum conventus, quid importet.
- 18. Deus, & bona conscientia non distinguunt inter pactum nudum, & vestitum.
- 19. Pactum nudum quid sit.
- 20. Pactum nudum visitur sex modis.
- 21. Pactum nudum visitur Chyrophapho.
- 22. Pactum nudum de iure civili non parit actionem.
- 23. Fallit in do. casibus.
- 24. Specialitatem allegare non licet nisi ratio specialitatis reddatur.
- 25. Pactum nudum de iure canonico dicitur vestitum robore canonice sanctionis.
- 26. Ex pacto nudo in foro Ecclesie an possit procedi per viam actionis inter laicos subiectos imperio, an verò sit procedendum per Evangelicam denunciationem, & num. segg.
- 27. Index laicus in terra subiecta imperio potest repellere agentem contra laicum ex pacto nudo.
- 28. Lex civilis in locis non existentibus de temporali dominio Ecclesie servanda est in foro laicali, & lex canonica in foro Ecclesie etiam extra materiam peccati.
- 29. Papa in suo foro potest tollere legem civilem etiam ubi non habet temporalem iurisdictionem.
- 30. Ius canonicum in casibus mixtis fori servari debet in foro Ecclesie etiam inter laicos subiectos imperio, non autem ius civile discrepans à canone.
- 31. Ius canonicum contrarium iuri civili pravalet etiam in merè temporalibus, & inter laicos, in locis, in quibus Papa habet temporalem iurisdictionem.
- 32. Constitutiones in Concilio generali an odenda sint nomine Concilii, usque in finem.
- 33. Decreta in Conciliis, quibus Summi Pontifices non præsuerunt, aut concipiuntur imperativè, seu impersonaliter, aut nomine Concilii.
- 34. Pontifices Maximi quibus Conciliis universalibus præsuerint.
- 35. Constitutiones in Conciliis generalibus presente Papa pariti nominibus reperitur concepta.
- 36. Constitutiones quæ sunt à Papa de consilio Concilii denominari debent à Papa, & illius nomine promulgari.
- 37. Idem si de consensu Concilii, contra distinctionem Abbaris, vel de consilio, & consensu simul.
- 38. Constitutiones in Concilio edentur nomine Pape si

- 39. materia legis originatur à Papa, & nomine Concilii si materia originatur à Concilio.
- 40. Contrarium, num. seq. usque in fin.
- 41. Declaratur, num. 41.
- 42. Auctoritas actum præcedit.
- 43. Concilium primum ubi, quando, & cur ab Apostolis celebratum.
- 44. Concilium tertium Apostolorum fuit plenaria Concilii forma postmodum à Summi Pontificibus observata.
- 45. Decreta in Concilio, cui Papa præfuit, ita demum edenda sunt nomine Concilii, si Papa in hoc consensit, aliàs secus, & num. segg. usque in fin.
- 46. Pontifices Maximi aliquando ex humilitate consenserunt, ut gesta, quæ sibi tribuenda essent, adscriberentur Concilio.
- 47. Dicitur, cum, coniungitur per modum accessorii, non autem principalis dispositionis.
- 48. Concilio omnia universalia congregantur, & auctoritatem accipiunt à Romano Pontifice.
- 49. Legi denominatio sumitur à tribuente auctoritatem, non à condente.
- 50. Actus tribuitur prima causa.
- 51. Concilia generalia, & eorum canones à Romano Pontifice confirmantur, aliàs nullam habent roborem.
- 52. Denominatio fieri debet à superiore confirmante.
- 53. Status confirmare per Papam dicitur Papalia.
- 54. Papa est supra Concilium.
- 55. Denominatio fieri debet à maiori, & digniori.
- 56. Papa in ordine scripturæ præferri debet Concilio.
- 57. Papa in Concilio potest Constitutiones facere etiam sine Concilio.
- 58. Etiam in materia dogmatum.
- 59. Patres in Concilio existentes non possunt aliquid statuere sine auctoritate Pape.
- 60. Papa in Concilio deponit Imperatorem etiam non approbante Concilio.
- 61. Papa non subiectus Canonibus, nec ab eis auctoritatem habet, sed à contra.
- 62. Papa requirit consilium Patrum in Concilio non ex necessitate, sed de solemnitate tantum.
- 63. Denominatio faciendâ est ab eo, qui producit effectum. Item à potentiori, ibidem.
- 64. Metropolitanus in Concilio Provinciali non potest Constitutiones facere alique consilio, & consensu episcoporum suffraganeorum.
- 65. Metropolitanus sine consensu Episcoporum Provincialium nihil potest statuere, neque agere quod perveniat ad communia negotia Provincia, nec exverso. Et in discordia recurendum est ad Sedem Apostolicam.
- 66. Constitutiones Concilii Provincialis non tribuantur Concilio, sed Archiepiscopo. Et quomodo verba concipiuntur ibid.
- 67. Concilio Africano Sardicensi, & Triburienti Romano Pontifex non præfuit.

Zz 3

ANTI

ANTIGONUS. Legitur variè, & hoc dicit simpliciter secundum Anton. de Butr. Pacta sunt servanda Ioann. de Lignan. & Bellam. addunt verbum, licita. Secundum Ioan. de Imol. Pax, & pacta sunt servanda, aliis quis potest excommunicari, vel secundum Petr. de Anchar. Per censuram Ecclesiasticam est quis pacificens ad pacti observantiam compellendus. Sed Cardin. Zabarr. summat sic. Iudex ecclesiasticus providet servanti pactum contra non servantem. Abbas verò ponit duas lecturas. Secundum primam hoc dicit. Pacta quantumque nuda servanda sunt. In secunda concordat cum lectura Cardinal. Secundum lecturas omnium hoc dicit. Ad observantiam pacis, & pacti quantumvis nudi cogendus est quis per censuram à Iudice Ecclesiastico. Dividitur in duas partes. In prima ponitur petitio Episcopi Madurensis. In secunda approbatio Synodi ibi, Universi dixerunt.

1 Desumptus est hic Canon. ex Concilio Carthageniensi primo, 12. quod fuit provinciale celebratum in Africa ab Episcopis illarum Provinciarum, tempore Iulii Primi, & deinde approbatus a Leone IV. ut patet tom. 1. in c. De iudic. 3. distim. par. 1. Concil. General. & Provinc. cial. pag. 456. & 457. Unde male hic Butr. Imol. Felin. & expressius Abb. in ult. notat. & alii, quos retuli infra, num. 65. Supponunt fuisse concilium generale, eique Romanum Pontificem præsuisse utriusque. Errori sorte causam præbuit quod in eodem cap. 12. legitur: Antigonus dixit, gravem injuriam patior, & credo dolere Sanctitatem vestram contumeliam meam. Verum illa verba, Sanctitatem vestram non designant Summum Pontificem, sed Episcopos in Concilio exsistentes. Mos enim antiquorum Patrum in Concilio eo titulo non raro Episcopos appellare, idque multoties in eodem Concilio fuit observatum, ut in specie legitur in cap. 8. ubi ad propositionem Magni Episcopi Alysagensis Synodus respondit, Recte omnia statuit Sanctitas tua, & passim alibi.

3 Nota primò ex illis verbis, Ecclesiasticam sentiat disciplinam: quoad pacti observantiam posse quem compelli per censuram Ecclesiasticam, id est per excommunicationem, interdictionem, vel suspensionem, cap. Quare in inf. de verb. signif. quod habet locum, si pacta sint legitima, cap. Involle, 20. q. 1. cap. Innocent. 22. q. 4. cap. Eleutherius, 11. quæst. 2. Vnde secus est si sint contra leges, aut bonos mores, aut si dolo fiant, l. Insignitum, ff. Eod. aut si sint alii damnosa, seu capiosa, leg. Si ad quod in fin. ff. De reser. ven. dir. aut si vergant in detrimentum salutis æternæ, vel corporalis, §. Illudum, 22. quæst. 4. ut legitur & notatur in cap. Si verò aliquid, infra de iur. rein. & cap. fin. infra eod. Vnde Augustinus. In malis promissis rescinde fidem, ut in turpi voto muta decretum. Quod incautè vovisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur, refertur in c. In malis, 22. qu. 4. Hodie tamen contra pacti quantumvis legitimi violatorem non debet Iudex Ecclesiasticus uti gladio excommunicationis, nisi ubi alia remedia non suppetunt, & in subsidium. Ita enim generaliter sancitum est à Tridentina Synodo

in cap. 3. sess. 25. de reform. de quo vide quod scripsit in cap. Pervenit, numero 30. & seq. infra de adulter.

5 Secundò nota non servantem pactum peccare mortaliter, arg. cap. Prædicandum, 22. q. 1. & tene hic gloss. cum qua transeunt Hostien. Ioan. Andr. Collectar. Bellam. Cardin. Butr. Imol. & alii communiter & Archid. in cap. Quicumque, 2. in secundo, in gloss. videtur, 12. quæst. 2. & probatur efficaciter ex hac littera, quia recedens à pacto potest excommunicari. Excommunicatio autem non infligitur nisi promortali, ut est text. in cap. Nemo Episcoporum, 11. quæst. 1. Atque hinc patet perperam à quibusdam ex modernis Theologis traditum esse promissionem non obligare ad culpam lethalem etiam si parte fuerit acceptata. Loquuntur enim contra textum hic, & contra naturalem rationem. Nam violare fidem proculdubio peccatum est, cum grave sit fidem fallere, leg. De consil. precan. Vnde ex qualibet promissione obligatur, quis ad implendum quod promissit secundum Hugon. Archidiacon. & Turrecr. in dict. cap. Quicumque, Scriptum est enim, quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Psalm. 88. cap. Psalms, 23. dist. ut per Host. hic, & Archid. ubi supra, & gloss. in cap. Qualiter, infra eodem. Atque ita hæc obligatio habet concursum tam juris divini, ut per Abb. hic num. 5. quam juris naturalis, dicit. l. 1. de consil. pecan. c. l. ff. eod. & docet D. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 3. ad 1. Et propterea Princeps licet sit solutus legibus, l. Princeps, ff. De legib. & l. Digna vox, Cod. eodem, tamen obligatur ex nudo pacto etiam inito cum propriis subditis, ut est text. in cap. 1. & ibi dixi inf. de probat. aded ut ab eo recedere non possit etiam de plenitudine potestatis, ut notat Bald. in cap. 1. §. Ad hæc, col. 5. ff. De pign. iuram. firmam. Paul. de Caltr. in dict. l. Digna vox, Cod. de legib. & respondit Cardinal. Zabarell. conf. 147. Dominus noster Papa. Socin. conf. 86. numero 14. lib. 2. idque non aliaratione, nisi quia Princeps ex pacto obligatur jure naturali, & divino, cui etiam Papa, & Imperator subijciuntur Clem. Pastoralis, de re iudic. Secundum Cardin. dict. conf. 147. numero 7. & Abb. in cap. 1. n. 7. de consil. Quinimo Deus ipse obligaretur ex sua promissione, ut inquit Bald. in leg. 1. in princ. ff. eodem, ubi Magistrum sententiarum refert ita dicentem, & sequitur Dec. in dict. cap. 1. circa princ. de probat. At transgresso juris naturalis, & divini periculum salutis inducit, ut legitur in cap. fin. de consuet. & secundum hoc violatio pacti opponitur iustitiæ. Nulla enim major iustitia, quam pacta servare, §. sed nulla alia iustitiæ causa. Quæ fuit prima cau. benefic. amitten. In usib. feudorum Præterea ex fidei violatione graviter ladiatur tranquillitas Societatis humanæ, ut leg. 1. §. Merito, ff. de sep. ibi: crescit perfidia crimen, & publica utilitate coercendum est vindicandæ Reipublicæ causa: est enim inutile in causis huiusmodi fidem frangere: tibi gloss. exponit verbum illud, inutile, id est contra utilitatem, & secundum hoc violatio fidei opponitur charitati, & consequenter est mortalis, licet multa subtiliter hæc idem re differat Cajetan. in 2. 2. quæst. 113. art. 1. Vide S. Thomam in 2. 2. q. 88. art. 1. Richar. de Media Villam 4. sent. dist. 33. & q. 3. & Felin. hic n. 11.

7 Et propterea Princeps licet sit solutus legibus, l. Princeps, ff. De legib. & l. Digna vox, Cod. eodem, tamen obligatur ex nudo pacto etiam inito cum propriis subditis, ut est text. in cap. 1. & ibi dixi inf. de probat. aded ut ab eo recedere non possit etiam de plenitudine potestatis, ut notat Bald. in cap. 1. §. Ad hæc, col. 5. ff. De pign. iuram. firmam. Paul. de Caltr. in dict. l. Digna vox, Cod. de legib. & respondit Cardinal. Zabarell. conf. 147. Dominus noster Papa. Socin. conf. 86. numero 14. lib. 2. idque non aliaratione, nisi quia Princeps ex pacto obligatur jure naturali, & divino, cui etiam Papa, & Imperator subijciuntur Clem. Pastoralis, de re iudic. Secundum Cardin. dict. conf. 147. numero 7. & Abb. in cap. 1. n. 7. de consil. Quinimo Deus ipse obligaretur ex sua promissione, ut inquit Bald. in leg. 1. in princ. ff. eodem, ubi Magistrum sententiarum refert ita dicentem, & sequitur Dec. in dict. cap. 1. circa princ. de probat. At transgresso juris naturalis, & divini periculum salutis inducit, ut legitur in cap. fin. de consuet. & secundum hoc violatio pacti opponitur iustitiæ. Nulla enim major iustitia, quam pacta servare, §. sed nulla alia iustitiæ causa. Quæ fuit prima cau. benefic. amitten. In usib. feudorum Præterea ex fidei violatione graviter ladiatur tranquillitas Societatis humanæ, ut leg. 1. §. Merito, ff. de sep. ibi: crescit perfidia crimen, & publica utilitate coercendum est vindicandæ Reipublicæ causa: est enim inutile in causis huiusmodi fidem frangere: tibi gloss. exponit verbum illud, inutile, id est contra utilitatem, & secundum hoc violatio fidei opponitur charitati, & consequenter est mortalis, licet multa subtiliter hæc idem re differat Cajetan. in 2. 2. quæst. 113. art. 1. Vide S. Thomam in 2. 2. q. 88. art. 1. Richar. de Media Villam 4. sent. dist. 33. & q. 3. & Felin. hic n. 11.

Tertiò

9 Tertiò nota ad observantiam pacti posse quem compelli per Ecclesiam, seu iudicem ecclesiasticum: quod probatur hic ponderando illa verba, Ecclesiasticam sentiat disciplinam, censuram enim ferri non potest per iudicem laicum, cum careat clavibus, cap. 1. §. Vna, supra de Sum. Trinit. & fid. Cathol. gloss. in cap. Pastoralis, §. Præterea, in ver. Præterquam, de off. Ordin. Idem probatur in cap. 1. infra, de probat. ubi super pactis iniis inter prædecessores Regis Tancredi, & Iustinianum Principem super obsequio Imperatori præstantis Papa est iudex competens, ut ibi notant Butr. Imol. & alii. Præterea etiam in laicos Ecclesia habet jurisdictionem ut pax servetur, cap. Novit, & ibi Innoc. num. 7. de iudic. c. fin. in ver. Ruffici, de Treng. & pax. & notant hic Host. num. 6. & Butr. numero 5. Præterea omne pactum quantumcumque simplex potest appellari fides, cap. 1. de pos. auct. & in concenentibus animam, & ubi agitur de materia peccati, sicut est violatio pacti, ut probatur etiam supra in 2. notab. Ecclesia habet etiam in laicos jurisdictionem, d. cap. Nota de iudic. ibi: (Nullus qui sit sane mentis ignorat quin ad officium nostrum spectet de quocumque mortali peccato corrigere quemlibet Christianum, & si correctionem contempserit, per discretionem ecclesiasticam coercere.) Jubilnooc. n. 4. & alii notant, & in hoc concordant omnes ut dicit hic Bellam. n. 3. Abb. in sua quæst. incipien. Episcopus, col. 2. circa med. Paul. de Caltr. conf. 220. Vitis & ponderatio, numero 3. vers. Secundo probatur, & conf. 396.

12 Quantum ad id, lib. 1. Et quamvis ut dicit hic Collectar. num. 11. Cancellaria non daret litteras laico contra laicum ratione peccati, vel pacti, seu contractus bonæ fidei, nisi diceretur quod de antiqua consuetudine ad curiam spectaret cognitio, tamen præmissa sint vera de jure, & servantur de facto, sicut per experientiam in pluribus locis habetur, quidquid sit de stylo Cancellariæ, secundum eum. Neque verò constituenta est differentia quoad hoc inter laicos subiectos Imperio, & existentes de temporali jurisdictione Ecclesiæ. Hæc enim distinctio tantummodo admitti potest ad effectum procedendi contra laicos per viam actionis. Plerique enim censent cõmunem opinionem Canonistarum quod laicus directo conveniri possit per viam actionis pro observantia pacti nudi, habere locum in terris Ecclesiæ tantum, non autem in terris Imperii, ut dicam infra, numero 25. & seqq. At secus dicendum est si imploreur officium Iudicis, aut procedatur, per Evangelicam denunciationem, quia tunc laicus etiam non existens de temporali jurisdictione Ecclesiæ ratione peccati, quod committeret frangendo pactum, potest saltem indiretò conveniri coram Ecclesiastico Iudice, arg. cap. Qualiter infra, eodem, c. Cum C. Læcus, de for. compet. lib. 6. cum ibi notatis in novella super verb. convenire, & tradit Butr. in cap. Dilectus, in 3. notab. de iudic. Imol. in cap. 1. de probat. & Felin. hic numero 10. ubi ait secundum omnes hic inter laicos subiectos imperio habere locum denunciationem Evangelicam, quam possunt prædicare in curia Episcopi. Nec dissentit hic Bellam. numero 3. vers. Verum fateor. Quod clarè probatur in dict. capite Novit. de iudic. ubi diffinitur ratione pacis inter Regem Franco-

rum & Regem Angliæ, & sic inter laicos, & ubi agitur de peccato, Iudicem Ecclesiasticum posse per viam denunciationis Evangelicæ, seu iudicialis procedere, id ipsum evanget ex dictis cap. 1. de probat. ubi Summus Pontifex cognoscit super pactis iniis inter Regem Vincellæ, & Imperatorem: licet dici possit hoc ibi determinari non ratione pacti, sed quia de causa temporali inter Imperatorem & Subditum eius solus Papa cognoscit, non autem inferior, ut ibi dixi in 1. notab. Denique idem colligitur ex textu nostro, ubi Ecclesia procedit per censuram ecclesiasticam contra pacti violatorem, nec distinguitur an talis violator sit laicus, ecclesiasticus, & an de temporali jurisdictione Ecclesiæ, vel Imperii. Nec refert quod hic ageretur de pactis iniis inter duos Episcopos sub iuribus Parochialibus, & sic cognitio ad Ecclesiam spectaret tam ratione personarum, quam ratione causæ: nam est hoc verum sit, quia 12. Concilii Cardinalis apparer. Antigonus Episcopum depoluisse querimoniam in Synodo contra Ostantium Episcopum, qui pacta iniis super divisione plebani non servabat, & populos usurpabat: tamen observandum est consulto in Gregoriana compilatione illud caput fuisse mutilatè huc translatum, & omniam mentionem Episcopi Ostantii, contra quem agebatur, & tituli causæ, & simpliciter iniis appositum responsum Patrem in Synodo, & pax servetur, pacta custodiuntur: quia Papa intendit per generalem Constitutionem decernere, ut pro pacti observantia Iudex ecclesiasticus possit procedere contra quoscunque, prout ex hoc textu deducunt Doctores, & in specie Abb. numero 2. dicens non apparere rationem quare gloss. restringat illum textum ad pacta iniis inter Episcopos, nisi forte causa exempli, ideoque textum melius esse intelligendum generaliter, ut pacta iniis ex quo non sunt à lege improbata propter aliquam turpitudinem, observanda sint inter quoscunque tam Clericos, quam laicos.

15 Quarto nota ibi, pacta suam obtrineant firmitatem, &c. ex pacto quantumcumque nudo oritur actionem secundum Canones, prout tenet hic gloss. Host. Ioan. Andr. Butr. Imol. Collectar. Bellam. & alii communiter gloss. fin. Hug. Archid. Turrecr. & Prapof. in c. Quicumque, si secundo per illum textum, 12. q. 2. Quæ conclusio probatur hic quia secundum Butr. num. 1. & Abb. numero 5. ubi cuncte lex mandat aliquid servari, inde oritur actio, ut l. Si actus ff. de acquir. rerum dominij & in simili de iuramento notat Bart. in l. Si quis praesens, ff. De fidei iur. concordat textus in cap. Qualiter infra eodem in cap. Per tuas, de arbit. & in cap. hoc rit. l. 6. Præterea pondero verbum, Conventus, positum hic in textu, quod est secundum Abb. Antiqu. exponatur id est conventus, vel conventus secundum Bellam. tamen Innocent. Host. Ioan. Andr. & alii rectius, & proprius ad litteram exponunt, conventus, id est certam Ecclesiasticam Iudicem. At conveniri ex vocabuli proprietate quis dicitur per viam actionis, non autem per denunciationem Evangelicam, seu per officium Iudicis, l. Quisquis ff. quis constit. & l. Quisquis, l. prima, ff. De nexal. act. cum mult. similib. Albert. in dictione in ver.

Con-

17 *Convenire*, id est contra aliquem agere. Et quamvis text. aperte non exprimat de pactis nudis, tamen cum generaliter decernat ut pacta custodiantur, nec distinguat inter pacta nuda, & vestita, non est nostrum sic distinguere, quia ut inquit hic Bald. *num. 5.* inter pactum nudum, & vestitum nec Deus, nec bona conscientia distinguit, nec constituit Deus differentiam inter simplicem promissionem, & iuramentum, c. *Turamentis*, 15. q. 5. cap. *Rursus*, *infr.* *Qui Clar. vel roven.* Neque verò secundum Canones est curandum de nomine actionis, & secundum Bald. aut vocabitur actio in factum, l. *Quoties*, ff. *De prescript. verb.* aut conditio ex hoc Canone, Quod ultimum tenet gloss. in ver. *Promiserunt*: Archid. & alii supracitati in d. cap. *Quicunque* 12. *quell. 2.*

18 Sed advertit, quia in hoc textu opinio Canonistarum non videtur concludenter probari: nam hic non agebatur de pactis nudis, sed vestitis, quod sic probat. Pactum nudum dicitur quod fiat in puris, & simplicibus finibus conventionis, sicut ille dicitur nudus, qui est, sicut de utero processit, ut declarat Bartol. in l. *Iurisgenium*, §. *legum*, n. 1. *cod.* & Abb. *hic n. 4.* & dicitur nudum quando non intervenit stipulatio, neque litterarum obligatio, aut aliquis contractus actualis nominatus, ex quo actio oriri possit, nec pactum habuit aliquod vestimentum, ut per *Agid. Bellam. conf. 3.* *Supposito facto*, numero 2. *verf.* *Secundo probatur*, Dicebat enim Azo in *Summa eodem tit. §. Super est*, *num. 16.* cum paciscimur, pactum quidem sua natiuitate nudum est; sed cum natus est, ante, & retro aspiciat, & oculos aperit an praeterierit, vel sequi possit, vel ita in aliquo contractus, cuius variis & gravis penis, seu velibus induatur, ut Boream, rabiemque procella expellat, & stium suo Domino in agendo auxilium praebeat, Vestitur autem sex modis, ut notat gloss. in d. l. *Iurisgenium*, §. *Quinimo*. Azo ubi supra, & Bart in l. *Legem numero 3. C. eodem* videlicet, verbis, litteris, consensu, coherentia contractus, rei interventu, ut *Instit. de obligat.* & illud dicitur nudum, quod non est vestitum aliquo de praedictis vestimentis secundum Bart. in d. l. *Legem num. 7.* Pactum verò nudum inter Antigonum, & Oprantium Episcopos fuit in scriptis redactum, ut patet in d. cap. 12. Concilii Carthaginensis, unde hic Canon fuit trahensumptus ibi: *Oprantius pactum mecum habuit, & divilimus plebes.* Manuscriptiones nostrae tenentur epistolaria. Ergo pactum hoc fuit vestitum, & vallatum robore, ut vestimento Scripturae, ut hic notat Abb. *num. 4.* dicens, *Pactum esse nudum, sicut in puris, & meris finibus conventionis, quia non intercessit aliquod extrinsecum, puta nec stipulatio, nec interventus alicujus rei, nec litterarum solemnitas, nec Chyrogaphum, & infra.* Quando inquit vestitur Chyrogapho, ut quando per scripturam meam promisi tibi dare decem, vel quid simile, ut *Instit. de litterar. obligat.* & scriptis *l. Lex. consil. 113. Per scriptum, num. 12. & 13. verf. De aerea scriptura*, lib. 6.

Ad hanc difficultatem, quam hic Doctores non excitant, responderi potest Canonistarum opinionem non fundari in canone Concilii Carthaginensis. Sed in hoc textu, qui de interventu scripturae nullam facit mentionem. Propterea

enim Gregorius IX. qui legis auctoritatem tribuit huic compilationi, ut supra in proemio, non transdidit illud caput integrum, quia non intendit Legem condere super pactis vestitis, de quibus nulla suberat difficultas, sed super nudis, & ideo clausit in corpore juris tantummodo illa generalia verba, pacta suam obtineant firmitatem, &c. quae ex propria significatione conveniunt pactis nudis, non autem vestitis, quae transeunt in proprium nomen contractus, ut l. 1. in *princ. Ignito §. fin.* & l. *Iurisgenium*, in *princ.* & §. *Quinimo* iuncta gloss. in ver. *Ex pacto, ff. eod.* Præterquamquod nec Synodus Carthaginensis restrinxit se ad pactum nudum inter Episcopos, sed generaliter dixit, *Pacta custodiantur*, cap. *Si Romanorum*, 19. *distict.* cap. *Si dormierit*, 31. *quell. 1.*

21 Porro Legislator tenet ex pacto nudo non oriri actionem de iure civili per text. in d. l. *Iurisgenium*, §. *Sed cum nulla*, & §. *Quinimo*, & in l. *Ex pacto*, C. *De ver. permut.* Nam ut inquit Azo in *Summa eodem tit. §. Super est*, numero 14. Pactum nudum propter nimiam frigiditatem parere actionem non potest, nisi mirabiliter hoc in quibusdam casibus accidit, in quibus nudum pactum parit actionem, ut in donatione, in constituta pecunia, in dote, in usuris Civitatis promissis, in accessionem frumenti, in promissione nuda Civitatis facta (sed hic casus coincidit cum quarto) in nautico fenore, & in salario Advocati. Quos quidem octo casus recensent etiam hic *Hoff. num. 4.* Ioann. *Andr. num. 8.* & reliqui omnes, nisi quod loco octavi positi ab Azone de salario Advocati, Canonista ponunt §. *Si servus ita venierit in Italia esset*: & in his casibus Legislator asservit esse speciale, ut ex nudo pacto secundum leges oriantur actio. Verum ut dicunt *Hoff. & Ioann. Andr.* cum casus speciales non sint recipiendi, nisi ratio specialitatis reddatur, ut notatur in cap. *Siquando*, supra de *reserv. reddant rationem specialitatis de praedictis sufficientem, & sic eis adheremus.* Sed cum omnino deficiat, maxime in usuris, & nautico fenore, dicamus sicut & ipsi dicunt ex pacto nudo naturale oriri obligationem, leg. 1. ff. *eodem leg. Stichum*, §. *Naturalem*, ff. *De solut. ex qua secundum canones dabimus actiones: alioquin dicitur esse refugium miserorum ad specialitatem confugere*, gloss. magna, *circa princip.* in l. *Filiam quem habentem*, C. *Kamil. heresif.* Unde *Collect. hic n. 4.* quasi deridens Legislas, omittis, multis subtilitatibus, & magnis indumentis, quibus pactum secundum leges vestiri oportet, secundum Canones agitur ex nudo pacto; Non enim Canonista pauperes ad id bene solvendo, & ideo subveniunt Canones, quia nudo pacto sine aliqua velle eis subvenitur, & Bald. *num. 7.* omnia inquit sunt ambages, & verba superflua in foro Legistarum, & Antigonus bene cantavit, sed artem ignoravit. Præterea, ut idem Bald. ait *num. 5.* hoc non erit pactum nudum, sed vestitum robore canonicae sanctionis, & vocabitur illud vestimentum canonis suffragio, subdens: Vnde tu Canonista addis ad vestimenta pactorum vestimentum, quod appellatur vestimentum roboris, & sequitur *Felin. hic numero 15.* Et quamvis Innocent. *hic num. 4.* sentiat nec secundum Canones ex pacto nudo oriri actionem, sed com-

competere remedium denunciationis Evangelicae, & implorationem officii iudicis ad observantiam eius, quod naturaliter debetur, & ad peccatum vitandum, & hanc partem tenent Dynus in cap. *Non est mora*, de *reg. iur. lib. 6.* Tamen Canonista communiter tenent oppositum, & de communi opinione testantur *hic Butr. numero 5. verf. Communiter tenetur*, quod de iure canonico ex pacto agatur, & ex iuramento, *Inol. num. 1.* Bald. *numero 11.* Abb. *numero 15.* & *Felin. num. 4.* Bellam. *conf. 8. num. 2. verf. Nec obstat.* Corneus *conf. 83.* Circa primum, in *princ. lib. 4.* Alex. *consil. 16. Viso themate*, numero 3. lib. 2. *verf. Præterea*, & *conf. 91.* Circa primum, num. 3. *verf. Et ex hoc*, lib. 4. Quae etiam servaretur in pacta, ut post *Inol.* in cap. *Cum venissent*, de *instit.* dicit hic *Felin. numero 4.* & de facto servatur teste *Collect. hic num. 1.* Alex. *dist. consil. 16.* & ibi etiam *Natta in ver. Practica*, ubi ait, ita servari in toto Regno, & opinionem Canonistarum dicit etiam de iure veriorum Bald. *hic num. 12.* quia ad roborandum pactum sufficit aequitas naturalis impulsiva causa subsistente.

25 Limitant multi communem opinionem Canonistarum, ut procedat tantummodo inter clericos, aut inter laicos exilientes de temporali jurisdictione Ecclesiae; sed fecerit inter laicos subiectos Imperio, quia tunc in foro ecclesiastico procedi non potest per viam actionis ad observantiam pacti nudi, sed tantum per Evangelicam denunciationem, vel officium Iudeis: cuius sententia sunt Bald. in *Auth. ad hac col. 3. num. 18. Cod. De usur. Angel. qui loquitur in Civitate Pifarum conf. 26. Puncta*, & casus talis est, *col. 5.* Bellam. *hic numero 3. verf. Verum fateor*, & *Felin. num. 10.* Sed tu distingue, Aut loquimur in foro seculari, & inter laicos subiectos Imperio, & tunc Iudex laicus potest repellere agentem ex pacto nudo. Ratio est secundum Bellam. *hic num. 3.* quia non tenetur potestas secularis servare canonis contrarios legi suae, cum possit suam legem sine peccato servare propter distinctionem jurisdictionum c. *Quoniam idem*, 10. *dist. cap. Causam quae*, *Qui sil. fin. legit.* de qua distinctione habetur magistraliter per Ioann. Andr. ad *Specul. in rubr. de off. Ord. verf. Ad negativam*, & pulchre per *Oldrad. conf. 53. An Episcopus*, per tot. Multis tamen in locis servatur in practica, ut etiam inter laicos non exilientes de temporali jurisdictione Ecclesiae procedatur hoc casu etiam in foro seculari per viam actionis, prout practitari in Regno Franciae testatur *Natta paulo ante citatus.* Aut verò loquimur in foro Ecclesiae; & tunc tene indistincte procedi posse per viam actionis ad observantiam pacti nudi non solum inter clericos, sed etiam inter laicos subiectos Imperio. Ratio est, quia cum leges non dent regulariter actionem ex pacto nudo, & contrarium reperitur statutum per sacros Canones, in locis non existentibus de temporali dominio Ecclesiae lex civilis servanda est in foro civili, & lex canonica in foro ecclesiastico etiam extra materiam peccati, ut notatur in c. *Cum esset*, & in c. *Relatum de testem.* & in c. *1. de nov. oper. nunc.* & tradit gloss. *Ordin* in cap. *Possessor*, de *reg. iur. lib. 6.* dicens Papam in suo foro posse tollere legem civilem etiam, ubi non habet temporalem jurisdictionem, & ibi Ioan. Andr. in

Mercur. Abb. in cap. *Clerici*, *num. 2. de iudic.* ubi ait in materia indifferenti data contrarietate inter Canonem, & legem, canonem servari in foro suo: & legem in foro suo: & sequitur *Maranth. in pract. 3. part. num. 73. & seq. vers. Quoad nonam.* Et certe cum ad observantiam pacti nudi uterque Iudex Ecclesiasticus, & secularis possit procedere, & sic materia sit mixta fori quod spectat ad forum Ecclesiasticum impertinens est distinctio: An versetur in terris Ecclesiae, vel in terris Imperii, quia in materia mixta in foro Ecclesiastico ubique locorum, & indistincte etiam inter laicos servanda est lex canonum, & non lex civilis discrepans à canone, ut dicit Antonius de Butrio, in dicto cap. *Clerici*, numero 12. *verf. Si materia est mixta*: quem refert, & sequitur Alex. *consil. 167. Viso processu*, num. 5. in *fin. lib. 2.* *Felin* dicens ita communiter teneri in cap. *Ecclesia Sancta Maria*, numero 43. de *Constitut.* Et eodem modo in terris Ecclesiae procedi potest per viam actionis ad observantiam pacti nudi etiam in foro seculari, quia in locis, in quibus Papa habet temporalem jurisdictionem, lex canonica contraria legi civili praevalet etiam in merè temporalibus, etiam inter laicos, ut est text. in cap. *Si duobus*, de *appellat.* quem textum dicit ad hoc singularem Abb. ibi in 2. col. num. 6. Ibi enim in terris Ecclesiae licet laico appellare ante sententiam, & appellatur omisso medio, quae duo non permittuntur de iure civili, ut in iuribus per eum allegatis. Idem tenet gloss. in cap. 2. in *ver. Lex civilis*, de *arbitr. lib. 6.* Bart. in l. *Privilegia*, num. 4. C. *De Sacrosanct. Eccles. Calder. conf. 18. in princip.* De *Constitut.* & in terminis actionis ex pacto nudo tenet *Inol.* in cap. *Quae Ecclesiarum*, numero 22. de *Constitut.* quem refert, & sequitur *Felin. loco cit. num. 47.*

Alias octo declarationes ad communem opinionem Canonistarum ponit hic *Felin. numero 7.* & vide *Socin. reg. 9.* actio ex pacto nudo non oritur, ubi ampliat duobus modis, & limitat quidem.

27 Vltimo ex hoc textu notat Abb. numero 1. in *fin.* quod lex edita in Concilio sit nomine ipsius Concilii, & non Papae tantum. Quod an sit verum dicam plenè in sequenti quaestione usque in *fin.*

28 QVÆRO, An Constitutiones in Concilio generali edendae sint nomine Papae, an nomine Concilii.

Constat apud omnes in Conciliis generalibus, quibus Pontifices Maximi non per se ipsos, sed per suos legatos praesident, Constitutiones edendas esse nomine Concilii, ut in c. *Disposuit*, 17. *quasi. 8.* in cap. 1. *infr. de vobis*, & in cap. 1. de *spont.* cum mult. *simil.* Vnde in octo Synodis universalibus, de quibus in cap. *Canonis*, cum *duob. seqq. 15. distict.* in cap. *Sancta octo universalis Concilia*, & in cap. *Sexta Synodus*, 16. *distinctione.* Item in Tridentina Synodo decreta reperuntur concepta, aut imperativa, id est Episcopi teneantur residere, fructus suos non faciant, habeant jus visitandi: aut imperpersonaliter, ut Synodi celebrentur, professio non valeat, & his similia; aut ipsius Concilii nomine, videlicet Sancta Synodus diffinit, statuit, mandat, prohibet, & alia huiusmodi. Quapropter praesens qua-

quæstio proponitur de iis tantum Conciliis, quibus præfunt ipsi Summi Pontifices, qualia fuerunt quinquæ Lateranensia, duo Lugdunensia, Viennense, Constantiense, & Florentinum. In his enim videmus variè observatum fuisse, nam plerumque illorum Canones leguntur editi sub verbis, decernimus, sancimus, præcipimus, prohibemus, & consimilibus nulla Pontificis, aut Concilii facta mentione, ut in c. Ne pro desectu, cum tribus seqq. supr. de elect. in c. Irrefragabilis, in cap. Quoniam videm, & in c. Inter cætera, de off. ordin. aliquando sacro approbante Concilio, ut in cap. Cum laicus, de reb. ecl. non alien. in cap. Antiqua de privil. & in cap. Sacro approbante Concilio, de sent. excomm. aliquando sacro suadente Concilio, ut in cap. Licet Graecos, infr. de Bapt. Interdum Sacri autoritate Concilii, ut in cap. Nimis de iureiur. & nonnumquam etiam sacro præsentate Concilio, & cum Concilii deliberatione præhabita, ut in cap. Ad Apostolica, infr. de iudic. Præterea ejusmodi Constitutiones editæ in Conciliis generalibus, quibus Romani Pontifices præfuerunt, in inscriptione plerumque tribuuntur Pontifici in Concilio, ut in cap. 1. supra de Summi. Trinit. & 1. fid. Cathol. in cap. 1. de Treug. & pac. in cap. Sapè, infr. de restit. spoliat. & aliquando tribuuntur Summo Pontifici etiam absque ulla Concilii mentione, ut in compluribus Clementinis, quarum multæ simpliciter intertribuntur, per dictionem, idem, licet ferè omnes editæ fuerint in Concilio Viennensi, & in specie sic inscribitur Clem. Quia contingit, de relig. domib. quamvis in corpore dicatur edita sacro approbante Concilio. Item quandoque simpliciter inscribuntur, ex Concilio generali, ex Concilio Lateranensi, ut in inscriptionibus, cap. Nonnulli infr. de Cler. non resid. & cap. 2. de stat. Monach. & quandoque etiam, idem ex Concilio generali, cap. Adversus, infr. de immun. Eccles.

35 In hac igitur varietate Abb. in cap. 1. numero 3. infr. de spons. & in sermone, quem habuit in Concilio Basileensi col. 4. in ultima parte, ponit in effectu duas distinctiones. Prima distinctio est, quod aut Constitutiones sunt à Papa de consilio Concilii; & denominari debent à Papa, & illius nomine promulgari. Aut sunt à Papa de consensu Concilii, & tunc Abbas sentit edendas esse nomine Concilii, allegat notata per Archid. 17. distim. in princ. qui in Concilio provinciali ponit huiusmodi differentiam inter consilium & consensum.

Sed hæc distinctionem merito impugnat Dec. in cap. 1. in prima lectura, num. 4. infr. de iudic. ubi concludit Constitutionem esse tribuendam Summo Pontifici, quia ipse principaliter nominatur, Concilium verò consentit, & qui alteri facienti consentit, non dicitur facere, nec ab eo actus denominatur, l. si pater, in fin. ff. De manum. vindict. & leg. Aliud est vendere in princ. ff. De reg. iur. & quod per hæc iura tradit Bald. in l. 2. in 20. questione, Cod. de rescin. vendit. Non ergo secundum eum constituenda est differentia quantum ad propositum an dicatur de consensu, vel de consilio, quia utroque casu actus fundatur in persona Summi Pontificis, & ad hoc suffragantur multa iura, in quibus

consensus alienius requiritur, & tamen actus tribuitur illi tantum, qui principaliter illum facit, cap. Casus, que infra, de iudic. cap. Nobis, de iureiur. cap. apostolica, & cap. Tua de his que sunt à Prælat. cap. Super questionem §. 1. supra de off. Deleg. & cap. Sicut, §. ult. infr. de iureiur. Quinimo edificatio de consilio, & consensu simul; Constitutio tamen à Summo Pontifice denominatur in cap. 1. de renunc. lib. 6. ubi dicitur, de concordia, consilio, & consensu Cardinalium. Idemque habetur in cap. 1. infr. de reliqui. & vener. Sanctorum, & in cap. univ. Ne sed. vac. secunda distinctio Abbatis ubi supra, & hic in ult. notab. est quod aut materia legis originatur à Papa; & quamvis Concilium approbet, tamen lex est edenda nomine Papæ, à quo simpliciter originem, & vigorem; nam & sine Concilio Papa potest legem condere, cap. Cuncta per mundum, 9. quest. 3. & notat gloss. in cap. 2. de Cler. non resid. Aut materia legis originatur à Concilio; & tunc nomine Concilii lex est edenda: nam in Concilio interest Papa, ut caput. allegat. cap. Officiu, de elect. cap. Convenerunt, 1. quest. 7. & cap. Adrianus, 63. dist. & sequuntur in cap. 1. infra, de spons. Felin. num. 4. vers. Et ideo, Alex. da Navo, num. 13. vers. Abbas tamen sic distinguit, & Præpos. num. 5. ubi nota, inquit, quod quando aliquid facit Papa in Synodo, vel Concilio, illud tamen adscribitur Concilio, non ipsi Papæ, c. 1. de Pact. Quod intellige verum quando ad motum Concilii, vel suam Papa una cum ipso aliquid facit: secus autem si ipse sit principalis promotor illius determinationis, quia tunc adscribitur Papæ, non Concilio, c. Licet de elect. cap. Adversus, de immun. eccles. iuncta supra inscriptione, Cæterum neque hæc posterior distinctio videtur vera, & contra eam adduco textum in cap. Licet Graecos, infr. de Bapt. ubi Constitutio (ur loquar cum Præpos. ubi supra) facta fuit ad motum, vel suam Concilii, ut patet in vers. Sacro suadente Concilio, & tamen non fuit edita nomine Concilii, sed Papæ, cui etiam tribuitur in supra inscriptione. Ad idem videtur tex. in cap. Nimis de iureiur. ponendo illa verba: Sacri autoritate Concilii prohibemus: nam de natura autoritatis est, ut actum præcedat, l. Obligari, §. Tutor. ff. De authorit. Tutor. Bart. in l. Si quis bona, §. Iustum, ff. De acquir. hered. in proposito notat Felin. in dict. cap. 1. num. 6. vers. Et adde prædictis, de sponsal. & sic materia ibi videtur fuisse originata à Concilio, & tamen ille Canon in supra inscriptione tribuitur Innocentio III. & ejus nomine editus fuit. Præterea contra propositam distinctionem valde urget hæc consideratio, quod Constitutiones insertæ in Clementinis tribuuntur Clementi V. in Concilio Viennensi, & septuaginta capita generalis Concilii ferè omnia tribuuntur Innocentio III. & tamen non est credendum nullam ex tot Constitutionibus habuisse originem ex propositione, & motivo Patrum in Concilio. Et vice versa in primo Concilio ab Apostolis celebrato Hierosolymis anno Christi

34 in domo Mariæ Matris Ioannis qui cognominatus est Marcus, ut in locum Iudæ proditoris alius subrogaretur, & Episcopatum ejus acciperet, de quo Concilio habetur Act. 1. & ibi

ibi per gl. ordin. & Baron. anno 34. n. 236. (Exurgens Petrus in medio fratrum dixit, Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum, &c. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, teitem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis) Et ita huiusmodi actus originatus fuit à Petro Apostolorum Principe, & tamen determinatio non fuit Petro tribuitur, sed universis in Concilio congregatis. Sequitur enim littera: (Et sternerunt duos, &c. & orantes dixerunt, &c. & dederunt sortes eis, &c. & cecidit fors super MATTHIAM, & contulerunt eum cum undecim Apostolis.) Similiter in tertia Apostolorum Synodo itidem habita in Hierosalem. anno 14. post mortem, & resurrectionem Christi, que fuit plenaria Concilii forma postmodum à Summis Pontificibus, & sanctis Patribus observata, ut in 1. Concil. part. 1. pag. 2. Petrus tanquam Apostolorum supremus, & caput proposuit questionem de circumcissione gentibus non imponenda. Legimus enim Act. 15. (Surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres vos scitis &c. nunc ergo quid tentatis, &c. sed per gratiam Iesu Christi credimus salvari, & quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo consentiens Petro.) & paulo post, respondit Iacob dicens. (Viri fratres audite me. Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum: sed scribere ad eos, ut abstineant à contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine.) Tandè sequitur determinatio his verbis: (Placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia) & sic decretum simpliciter originem ex propositione Petri, & nihilominus fuit editum nomine totius Concilii. Dicendum est igitur non esse habendam rationem à quo materia legis fuerit originata, sed cum Summus Pontifex præfuit Concilio, ita deum decreta edenda esse nomine Concilii, circumscripto nunc effectu, de quo dicam in c. 1. infr. de iudic. si Pontifex in hoc consentiat. Hæc enim ratio factum est, ut multe Constitutiones à Concilio fuerint denominatæ, quia Romani Pontifices ad imitationem B. Petri quandoque ex humilitate consenserunt, ut gesta que sibi tribuenda essent, adscriberentur Concilio. Et ita procedit text. in cap. fin. 2. quest. 1. ibi. (Decernente nobiscum Sancta Synodo) ponderando

41 dictionem, Cum, cuius natura est conjungere per modum accessorii, non autem per modum principalis dispositionis, l. Si cui fundus, ff. De fund. instruc. Geminian. cons. 32. Procuracione col. ut. sub numero 11. vers. Quo autem ad causacionem, Bart. in leg. 3. in fin. Cod. Vbi pend. appell. & eodem modo intelligi debent alia iura initio allegata, quæ inscribuntur, ex Concilio, &c. Sed extra hæc causam consensum Papæ, cum factum Petri ejus Successoribus non intulerit præjudicium, ut in hac specie inquit Præpos. in cap. Canonis, numero 48. 15. dist. Constitutiones sive originatæ à Papa, sive à Concilio indistinctè tribuendæ sunt Papæ, & ejus nomine edi debent, ut probant iura pro hac parte allegata, cujus assertionis multiplex etiam est ratio.

42 Primò enim Concilia omnia universalia congregantur, & autoritatem accipiunt à Roma-

no Pontifice, cap. Significasti, de elect. cap. Non quidem, 96. distim. cap. Ne recit, cap. Ad iudic. & per tot. 17. distim. Abb. post Ioann. Andr. in cap. Super quousdam, num. 3. de veriorum signifi. S. Thom. in 1. part. quest. 36. art. 2. ad 2. & in 2. quest. art. 10. Ergo ipsi Summo Pontifici Constitutiones sunt adscribenda, quia denominatio sumitur à tribuente autoritatem, non à condente, cap. Apostolica, de præben. lib. 6. cap. Cum aliquibus, & ibi Archid. Ioann. Mon. Ioan. Andr. & alii notant, eod. lib. leg. 1. ante med. §. Sed in que, Cod. de veter. iur. enunc. & in proposito tradit Felin. in cap. 1. num. 4. vers. Unde denominatio, de spons. Actus enim tribuitur prime causæ. Littera, de restit. 1. Item eorum, §. Si Desuriones, ff. Quod cuius, unipere, num. Bart. in leg. Vnum ex famulis, §. Sirem, de legat. 2. & à primordio tituli posteriori formatur eventus, leg. 1. Cod. De imponen. iurac. de script. lib. 10. Anch. cons. 4. in princ. Secundò Concilia omnia œcumenica, & eorum Canones à Summo Pontifice consignantur, dicit cap. Significasti, de elect. d. c. Malin & c. Concilia 17. dist. & patet ex sexta actione Concilii Chalcedonensis ubi dicitur: (In omnibus Synodis Apostolicæ rii Apostolici decernas sententias propter summam autoritatem epi dem Apostoli, & Sedis confirmabant, quia aliter nullum robur habebant.) Unde Patres Concilii Nicani, quod fuit primum œcumenicum in Ecclesia celebratum, c. Canonis, & c. Sicut, 15. dist. humiliter petierunt ut omnia sua gesta ac distincta confirmarentur à B. Sylvestro, ut constat ex litteris Patrum, & decreto confirmationis tom. 1. part. 1. Concil. pag. 284. Idemque cum Leone Papa observarunt Patres Concilii Chalcedonensis, quorum epistola seu relatio itidem refertur tom. 2. Concil. part. 1. pag. 353. col. 2. epistola autè, & confirmatio Leonis paulo post pag. 366. col. 1. & plura alia exempla congerit Turrec. in Summa, quam edidit contra adversarios Ecclesia, & principatus Petri Apostoli, lib. 2. cap. 100. ut idemmet refert in cap. Sancta Romana, numero 4. 15. distim. ubi etiam post Divum Thomam loco citato, idipsum multis rationibus comprobatur. Et novissimè his temporibus Patres Concilii Tridentini eodem modo perierunt, & obtinuerunt confirmationem à Pio IV. ut in decreto de fine Concilii, & confirmatione petenda à Serenissimo, sess. 25. & in Bulla ejusdem Pii IV. que incipit, Benedictus Deus, Denominatio autem fieri debet à Superiore confirmante, cap. Sicut, de præb. lib. 6. Ad quod facit quod scripsit Bald. in leg. Ex placito, in 3. col. Cod. De ter. permutat. dum ait Statuta Spoletana confirmata per Papam dici statuta Papalia, quod etiam dixit Rota coram Gregorio XV. de off. 267. numero 6. & coram Cardinali Cavalerio de off. 433. numero 3. univ. Spoletana. Item facit quod notat gloss. in §. fin. infr. de tutel. ubi Tutor datus à Patre filio emancipato si confirmatur à Patre dicitur datus, non testamentarius. Et quod notat gloss. fin. in cap. Ex frequentius, de instrum. ubi decidit excommunicationem latam ab Archiepiscopo, & confirmatam à Papa censeri Papalem quoad absolutiorem, & in terminis Concilii generalis tradit Felin. alta cumulans in d. c. 1. sub iud. 4. vers. Sed mirum videri potest, de spons.

43 Tertiò Romanus Pontifex est supra Concilium,

lium, ut fuit sepius diffinitum, videlicet ab Innocentio in cap. *Nemo indicabit*, à Symmacho in cap. *Altorum*, ab Anthero, in cap. *Facta subditorum*, à Gelasio, in cap. *Cuncta per mundam*, 9. *quest.* 3. à Bonifacio Martyre in cap. *Si Papa*, 40. *distin.* & apertius à Pio II. in Constitutione quæ incipit, *In minoribus agentes*, edita 6. *Kalendarum Maii 1463.* in Bullar. tom. 1. pag. 322. & est constans Theologorum, & Canonistarum sententia, ut scripti latissimum in cap. *Significasti*, supra, de electione quam pluribus tuetur Petrus de Monte Episcopus Brixienfis in sua *Monarchia*, seu tractatu de potestate Papa in rubr. de Concilio præmentia à numero 6. *vers.* *Hic ita expedit ingrediendum illud mare magnum Sanctus Antonius* in 2. parte sua *Summa titul. 2. cap. 11.* Andreas Barbat, in *Clemen. Ne Romani*, de electione, ubi à num. 31. usque ad numerum 86. pro superioritate Papæ in Concilio adducit octuaginta septem argumenta. Turrecr. in dict. cap. *Si Papa*, 40. *distin.* & in *Summa de Eccl. lib. 2. per tot. Præpos. in Summa 15. distin. à num. 1. usque ad num. 76.* & plenius Cardinal. Jacobat, de *Constit. lib. 10. art. 7. num. 72. & seq.* Ergo à Pontifice Maximo tanquam majori, & digniori Constitutiones in Concilio editæ principaliter denominari debent Bald. in leg. *Rogasti*, num. 4. per illum text. *ff. si quis petat. Felin. in proem. Decret. in ver. Gregorius*, in *prim.* & in terminis Constitutionum Conciliarium idem Felin. in 52. dict. cap. *sub num. 4. de spons.* Quemadmodum & in ordine scripturae Papa præferri debet Concilio, cap. *Ego Berengarius*, ibi: *Dominus & Venerabilis Papa Nicolaus*, & hæc Sancta Synodus, de *confec. distin. 11. Quart.* & ultimum Summus Pontifex in Concilio post Constitutiones facere etiam sine Concilio, text. est in cap. *Ad Apostolica de re iudic. lib. 6. & in cap. Cuncta per mundum 9. quest. 5. Abb. hic in ult. notab.* Etiam in materia dogmatum, cap. *Rogamus*, cap. *Quæritur*, 24. *quest.* 1. cap. *Maiores de Bapt. Abb. in sua quest. 1. num. 13.* Præpos. in cap. *Sicut*, in *fin. 15. distin.* & probat Sanctus Thomas, in *questio. nobis de Christo*, *quest. 4. art. 10. & in 2. quest. 1. art. 10.* At è converso existentes in Concilio non possunt aliquid statuere sine autoritate Papæ, ut docet idem S. Thom. in *opus. contra impugnantes Religionem*, quem refert, & sequitur Card. Turrecr. in *Summa de Eccl. quest. 16. & Felin. in cap. 1. num. 6. vers.* Et adde prædictis, de *spons.* Unde gloss. 1. in dict. cap. *Ad Apostolica* singulariter ait: nota quod in superscriptione dicitur, sacro præsentem Concilio ad memoriam sempiternam, Quod dicitur de Concilio potius est ad honestatem, quam ad necessitatem: nam sine sententia Concilii sententia Papæ sufficeret contra Imperatorem, & quemcumque alium cap. *Alim*, 15. *quest. 6.* ubi non dicitur quod in Concilio facta fuerit depositio. Ipse enim habet plenitudinem potestatis, cap. *Decreto*, 2. *quest. 6. ibi*, Vt in parte sint, &c. cap. *Ad honorem de usu pall.* & paulo post post. Papa non subicitur Canonibus, nec ab eis authoritatem habet, sed è contra cap. *Significasti*, de *elect. & infra*, in eadem glos. super verbis inscriptionis, sacro præsentem Concilio, sic legitur, Præsentem, non dicit approbante, sicut in cap. *Sacro de sent. ex comm.* forsan ex causa ne crederet aliquis sine

approbatione Concilii depositionem Imperatoris fieri non posse. Unde infra dicit (Nos itaque cum fratribus nostris, & sancto Concilio deliberatione praxhabita quam glossam ad litteram referunt, & sequuntur ibi, Ioann. Andr. num. 5. *vers.* in gloss. 1. *Gemin. col. 3. vers.* in ea gloss. ibi, presente. Idem ante eos adnotavit ibid. Ioann. Mon. num. 3. ubi nota, inquit, (quod Papa sententiam suam non supposuit correctioni, vel emendationi Concilii, & requirido consilii non est necessitatis, sed solemnitas tantum, quia Papa sine Concilio potest procedere ad sententiam, cum habeat plenitudinem potestatis, cap. *Cum ex eo de penit. & remiss.* & Papa placet robar Concilii, non è contra) & sequitur totidem verbis Franc. num. 3. in 5. *notab.* & propterea in discordia inter Papam, & Concilium prævalet sententia Papæ, gloss. in cap. *in istis*, in *ver. Inducunt*, 4. *distin. gloss. 1.* in cap. *Quodcumque 24. quest. 1.* Ioann. Andr. in cap. *Significasti*, num. 9. de *elect.* & ibidem Abb. num. 3. *vers.* Et per ista, Felin. hic num. 1. & in cap. 1. num. 14. in 3. *antiphlat. de Constit.* Igitur cum Papa præstet Concilio, Constitutiones edenda sunt nomine Papæ, quia denominatio fieri debet ab eo, qui producit effectum, ut inquit Bald. in l. 1. num. 6. *Cod. de testam. tutel.* & à potentiori iuxta text. in leg. *Quartus*, *ff. de stat. homin.* ubi id notant Bart. Bald. & reliqui inter pretes. Et confirmatur, nam Metropolitanus in Concilio Provinciali non potest Constitutiones facere absque consilio, & consensu Episcoporum Suffraganeorum, ut patet in cap. *Ne Episcopi*, de *tempor. ordin.* ubi in fine in materia consecrationis dicitur Metropolitanum debere consentire majori parti suorum Suffraganeorum; & communis opinio est eo casu discrepantibus Metropolitanum, & Episcopos provincialibus, ad eundem esse Superiorem. Ita post Hugon. concludunt gloss. Archid. Gemin. Turrecr. & Præpos. in cap. 1. 65. *distin.* in *ver. Conceduntur.* Habent enim Suffraganei votum declivum, & sunt conjudices. Et propterea Metropolitanus debet eum consilio, & assensu Suffraganeorum, si maioris partis pronunciare, ut generaliter docet Host. in cap. 1. *ad fin. de lebell. oblat.* & Metropolitanum sine consensu Episcoporum Provincialium nihil posse statuere, neque agere quod pertineat ad dispositionem, & communia negotia provincie, neque è converso Episcopos comprovinciales sine Metropolitanis consensu, & votis discrepantibus neutri sententia adherendum nec Metropolitanis, nec Suffraganeoribus, sed absolute in quocumque casu ad Sedem Apostolicam referendum esse, formaliter dicunt in cap. *Per singulas*, 9. *quest. 3.* Archid. Gemin. Turrecr. & Bellam. & idem Archid. in cap. *fin. 63. distin.* Quinimò de Barbat, de *Concil. lib. 6. art. 2. vers.* *Nota facit*, amplius affirmat prævalere sententiam provincialis Concilii sententia Archiepiscopi, & in hanc opinionem audita relatione, S. Congregationis Concilii super dubio Archiepiscopi Ulixbonensis propendit Gregorius XIII. die 14. *Januarii 1577.* Et tamen Constitutiones editæ in Synodo provinciali non tribuntur Synodo, sed Archiepiscopi, ita verba, ita concipitur (Nos Metropolitanus decernimus) ut Greg. animadvertit; & in specie index Concilii provincialis

De Pactis, c. Antigonus.

libus Mediolanensibus à S. Carolo celebratis in principio legitur, *Nos Carolus Borromæus*, &c. De consilio, & assensu DD. Coepiscoporum nostrorum statumimus, &c. Inscriptio autem sic fieri solet: *Constitutiones editæ ab Archiepiscopo N. in Concilio provinciali*, &c. ut vidi observatum in quamplurimis Conciliis à S. Congregatione Concilii recognitis ad præscriptum Constitutionis Sixti V. in institutione ejusdem Congregationis. Ergo si Constitutiones provinciales, quæ constantur, & accipiunt esse ex simultaneo consensu Metropolitanis, & suffraganeorum, sive originatæ fuerint à Synodo, sive à Metropolitanano, non Synodo, sed Metropolitanano tribuntur; longè magis Constitutiones editæ in Concilio generali, cui Papa præsidet, adscribendæ sunt Papæ, cum hoc casu consensus Concilii non requiratur ad substantiandas Constitutiones, quas, ut dictum est, Summus Pontifex potest condere etiam sine Concilio. Non obstant jura, quæ Abb. allegat pro sua distinctione: nam text. hic, in c. *Officiis de elect.* in c. 1. de *iudic.* & in cap. 1. de *spons.* ex quibus Doctores eliciunt Constitutionem edendam esse nomine totius Concilii, non autem solius Papæ ponderando illa verba, Synodus respondit, universi dixerunt, placuit omnibus Episcopis, diffinit Sancta Synodus, ad rem non pertinent. Et mirum est quod Abb. hic in ult. *notab.* tam liberè dixerit: ultimo nota, & tene menti ex verbo, Universi, quod lex edita in Concilio sit nomine Concilii, & non Papæ tantum; hic enim nulla fit mentio de Papæ, qui præsidebat in Concilio, sed de Concilio tantum. Lapsus est enim hoc loco Abb. & qui eum postea secuti sunt: nam verè ille Canon desumptus est ex cap. 12. Concilii Carthaginensis Primi, cui Romanus Pontifex non interfuit, imò fuit Concilium provinciale celebratum tempore Julij I. & deinde confirmatum à Leone IV. ut dixi supra in *prim.* & Concilio Sardicensi ex quo desumptum est d. cap. *Officiis de elect.* Osius, Archidamus, & Philoxenus Julij Papæ nomine præferunt, ut habetur in historia ejus Concilii *tom. 1. pag. 423.* sed nec Concilio Africano, seu Milevitano, in quo acta fuit causa illius episcopi. Quod vult Dei relata in c. 1. *infra de iudic.* Præsidet Innocentius Primus, sed omnia illa octo Concilia ab anno 403. usque ad annum 410. ab Episcopis provincie Africæ celebrata fuerunt dum Innocentius in Urbe degeret, ad quem etiam quandoque legationes à Concilio fuerunt decreta, ut ex eod. *tom. 1. part. 1. apparet pag. 630. 631. & 727. cap. 5.* Idemque dicendum de Triburienfi Concilio, ex quo desumpta est Decretalis prima de *spons.* fuit enim celebratum tempore Formosi Papæ à viginti duobus Episcopis tantum præidente Arnolpho Imperatore, ut *rom. 3. Concil. par. 2. pag. 120.* In Concilio autem habitis absque præsentia Summi Pontificis extra dubium est Constitutiones edendas esse nomine Concilii, ut dictum est supra, *num. 32.* Et eodem modo responderetur ad c. *Compendium 1. qu. 7.* & ad c. *Adrianus*, 63. *distin.* nam in 7. & 8. Synodo quarum sunt prædicti Canones, Papa non interfuit, sed illius Legati, ut legitur in eodemmet. c. *Conventibus*, & in c. *Adrianus*, unde non mirum si fuerint editi nomine Synodi,

Postquam hæc scripsissem, reperi propositam distinctionem Abbatis reprobari à Cardin. Jacobat. de *Concilio sol. 294. col. 4.* Farnagustan. in *cod. tract. vers. Dissolutio*, 5. Videndum, & ab alijs, quos refert, & sequitur Rota *decis. 123. n. 2. vers.* *Nec obstat, par. 1. divers.*

DE PACTIS.

Cap. Cum pridem.

S V M M A R I U M.

- 1 Actum, per quod beneficium debet pecunia resignari, non valet.
- 2 Simoniaca quedam esse quia prohibita, & quaedam prohibita quia simoniaca, an convenienter distinguantur Canonistæ, & n. seq. usque ad num. 30.
- 3 Durandi obiecta referantur adversus prædictam distinctionem.
- 4 Diluuntur. num. 11. & num. 22.
- 5 Peccatum non committitur nisi inobedientia in his, quæ non sunt in se mala nisi quia prohibita.
- 6 Contrarium. num. 12. & num. 22. & seq.
- 7 Prohibitio iuris naturalis rerum non mutat.
- 8 Contrarium. num. 27.
- 9 Iuramentum frangere an sit peccatum inobedientia, vel gula. & num. 22. & 28.
- 10 Vendere gratiam, & Sacramentum est in se simoniacum, iure divino, ac naturali prohibendum.
- 11 Simonia Auctores qui fuerunt in novo, & veteri Testamento.
- 12 Simonia quales habeat ex iure naturali inordinationes, & deformitates.
- 13 Hæresis Macedonij, & sequacium valde utilis est, quam simonia.
- 14 Ecclesia an potuerit simoniam inducere in his, quæ ex sua natura non sunt simoniaca.
- 15 Incessus committitur etiam in gradibus prohibitis ex Constitutione Ecclesie tantum.
- 16 Incessus quid sit.
- 17 Contractus, & officia spirituatia lege Ecclesie determinantur, sicut officia humana legibus humanis.
- 18 Ecclesia an re ipsa statuerit ut in aliquibus casibus simoniacum esset quod prius non erat. & n. seq. usque ad num. 30.
- 19 Species necessariorum inferi genus, licet non comprehendat.
- 20 Officium Oeconomi, Sacristæ, aut Protectoris vendere non est simoniacum nisi quia prohibendum.
- 21 Permutationes beneficiorum, & resignationes cum pensione sine autoritate Papæ sunt simoniaca de iure positivo tantum.
- 22 Simoniaca non sunt partium conventiones, sed modo permutationum, & resignationum cum pensione, nisi fiant independenter à voluntate Superiorum.
- 23 Tractatus non includit deliberatum consensum.
- 24 Simoniacum non est concludere tractatum permutationis, aut reservationis cum pensione sub conditione, si Papa placuerit.
- 25 Medium in omni virtute coniecturatur non solum ex his, quæ per se incidunt, sed etiam ex his, quæ per accidens.